Hoc Loco ſpectamus

- *1. Jus. v. pag. præc.*
- 2. Diviſionem Rerum, qvæ Sunt
  - 1. Vel
    - Divini Juris. *§. 7. I. h. vel*
      - *Sacræ, hæ vel*
        - *In Specie tales*, & Cultui Divino ſerviunt Im̃ediatè, *alienariq; prohibentur §. 8. I. h. excepto Caſu Neceſſitatis & Pietatis*: ut ſi pauperes ſint alendi, aut captivi redimendi. *l. 21. C. d. Sacroſ. Eccleſ. c. aurum. 70. XII. q. 2. j. C. 51. d. R. J. & v. p. 165. Sacræ Res Fiunt per Conſecrationem. §. 8. I. h. j. N. 167. c. 1.* quæ apud Pontificios etiam *hodie* exigitur. *fac. c. f. X. d. conſecr. Eccl.* ſed Proteſtantibus ejus vice eſt Solennis Cultus Divinus, quo Dedicatio Eccleſiæ perficitur, Res Mobiles autem ipſis ſola deſtinatione & uſu (ut libri, calices) ſacræ cenſentur effectæ. Dn. Stryk. *ad Brunn. Jus Eccl. l. 2. c. 2. ad §. 3. verb. ab Epiſcopo.* Hopp. *ad d. §. 8. h. in Uſ. mod.*
        - *In Patrimonio Eccleſiæ exiſtentes*, quæ Mediatè Cultui Divino ſerviunt, *eæq; Alienari nequeunt, niſi*
          - *Cauſa Juſta* neceſſitatem vel utilitatem evidentem reſpiciens ſit *cognita, & per Decretum* e. g. apud nos Conſiſtorii, *probata. c. 1. d. reb. Eccleſ. non alien. 6. Art. Gen. 28.* Carpz. *Jur. Pr. Conſ. l. 2. def. 198. n. 13. d. 300. n. 16.* Brunn. *ad Auth. Hoc jus porrectum. C. d. Sacroſ. Eccleſ. n. 12. ſeq.*
          - *Præterea illic ubi ſuperſunt Eccleſiæ Cathedrales vel Capitula, Conſenſus ab iis*, plerumque etiam apud Evangelicos *interponatur. a. c. 52. fine. XII. q. 2. I. P. O. & M. art. 13. §. 6.* Stryk. *d. Caut. Contr. ſect. 1. c. 3. § 11. ubi præj.*
      - *Religioſæ*, per mortui illationem ab eo, qui illud jus & animum ſepellendi habet, commercio libero exemtæ. *§. 9. I. d. R. D.*
      - *Sanctæ*, per Sanctionem ab injuria hominum defenſæ. *l. 8. ff. h. § 10. I. h. quales Sunt*
        - *Perſonæ* parentum. *l. 9. ff. d. Obſeq. par.* legatorum. *l. f. ff. d. legat.*
        - *Res*, veluti muri & portæ civitatis, quas animo violans hoſtili, capitali ſupplicio afficitur. *v. L. f. ff. h. j. l. 8. §. f. ff. eod.* citra hoſtilem animum arbitrariè punitur. Carpz. *Pr. C. qu. 40 n. 25. & præc.*
    - Humani Juris, eæque vel
      - Publicæ, commercio privatorum exemtæ: *Ut Res*
        - *Communes*, quæ quoad uſum omnibus patent, & quoad proprietatem nullius ſunt Jure Civili. *§. 1. I. h. Hodierno* autẽ & Aer, quatenus homini eſt uſui, & Mare occupari poteſt, ſ. internum ſ. externum intelligas *fac. L. ἀξίωσις. 9. ff. ad L. Rhod. d. jact.* Strauch. *d. Imper. Mar. c. 2 3.*
        - *Publicæ in Specie, quæ Spectãtur l.*
          - *In Se*, & ſunt quoad proprietatẽ Reip. quoad uſum ſingulorum ejus ditionis; interim *hodiè Dominus Territorii uſum* portus, fluminis &c. *determinat, Unde ex ipſius Conceſſione Exercetur*
            - *Jus Trajectus*, die Fähr-Gerechtigkeit. Stryk. *Uſ. Mod. h. §. 15.*
            - *Jus Tranſmittendi per Fluvium Ligna* aliaque natura ſua natatilia, das Floß-Recht/ quod etiã appellant *Grutiæ*. Strauch. *J. Publ. lib. 2. t. 6. § 9.*
          - *In Rebus in Patrimonio Reipubl. exiſtentibus*, quarum uſus non pertinet ad ſingulos, ſed univerſos. *a. l. 6. ff. d. contrah. emt.* Huc referuntur Kronen-Cammer-Güter.
        - *Univerſitatis vel*
          - *In Specie tales*, quarum Proprietas eſt Civitatis, Univerſitatis vel Collegii, ſed Uſus ſingulis ex univerſitate patet. *§. 6. I. h.*
          - *In Patrimonio Univerſitatis exiſtentes*, quarum proprietas & uſus non ſingulis ex univerſitate, ſed univerſis competit. *l. 17. ff. d. V. S.* e. g. vectigal civitatis. *l. 10. C. d. vectigal.*
      - Privatæ, quæ ſunt in ſingulorum Dominio.
  - *2. vel Corporales vel Incorporales. v. pag. ſeq.*